Hec aliter pro gratia nra et debito officiorum vestrorum facere Intimat
Datum Cracoviae etc

Cittatio Exactoris contributionum occasione iniustae exactionis contribution. a monialibus

Stephanus etc Tibi Generoso N. etc Contributionum publicarum Terrae N. Exactori ex eodem officio exactoratus tonisque tuis omnibus mobilibus et immobilibus ubivis locorum in Regno et Dominijs nostris habitis et possessis. Mandamus ut coram nobis et Judicio nostro ubi tunc cum curia nra feliciter constituti fuerimus feria etc nunc instanti post Ad instantiam Religiosarum ac Dedicatarum ordinis S. Francisci Conventus N. Virginum per te ac peremptorie compareas Citaris ideo quia tu requisitus literis mandatorum nostrorum existens in easdem Virgines ad soluendam Contributionem publicam ex bonis dictarum Virginum proprijs aqua Rigore immunitatis Ecclesiasticae cui cum bonis suis omnibus sunt adscripta semper antiquitus fuerant immunes ac liberae arctaris et adigeris tu superdendo cum mandata nra tenirum illarum ab exigendo contributione eiusmodi nihilominus desistere voluisti eandemque ab eis de facto exegisti faciens Gmidsa in vilipendium superioritatis nrae dictarum vero Virginum Gmidsium quod sibi ad summam te ad ... flor. etc taxant et aestimant totidemque exinde habent damni Ad videndum itaque et audiendum ea omnia in terris reducienti tibi latius obijci et probari in te neglectorum mandator. nostrorum nomine a nobis animaduerti dictasque Virgines circa iura et Privilegia eorum conservari ac a soluendo eiusmodi contributione absolui exactam vero contributionem restitui necnon in damnis te autore in Gmidsis illi datis condemnari. Sis itaque ~~etc.~~ paritures et si quid de iure venerit responsurus

Citatio officij dum parte non citata intromissionem in bona admittit et usumfructum intercedit.

Vobis N. Proconsuli Consulibus Aduocato et Scabinis civitatis nrae N. quorum nomina et cognomina pro expressis habere volumus ex eisdem officijs bonisque vestris omnibus mobilibus et immobilibus per vos et quemlibet vestrum in et extra Civitatem nostram privato iuris ac Dominij titulo habitis possessisque Mandamus ut coram nobis et Judicio nro ubi tunc cum Curia nra fuerimus feliciter constituti feria etc Nunc instans proxima Ad instantiam nobilium et Famatorum N. N. eiusque coniugum N. N. omniumque litis comparticipium in ea causa prosequentium Actorum nobilium Famati olim N. et N. consortis illius Civium N. successorum Crimorem per te ac peremptorie compareatis Citamini pro eo quia vos iure communi non attento neque eodem uti par erat in prospectu habito quod nemine ex bonis suis licet etiam male possessis in se eadem bona legitime ipsi abiudicata fuerint uel in suis terminis et iuris est citatus

879